Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35453
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

et rogauit pro salute filie suae
sicut legitur in praedictis libris. Spiritualiter per filiam huius mulieris anima
peccatoris circumscripta, qui sanatur ad
modum infirmi sex modis. Primo sa-
natur infirmus per sudores. Sic
et anima sanatur sudore contritionis
malos humores expellendo, optet
autem laborare ad hunc sudorem
habendum per sollicitam cogitationem
bellitatis poenae et confusionis disciplinarum, et etiam dampnationis. Talis
sudor contritionis expellit egritudinem mentis. Item gratia plus valet
quam totum mundi per efrenatum naufragium
in tempestate et turbine. Hic dicit
notari quod dicit in tempestate et tur-
bine. Primo turbatur caelum et fit obscu-
rum. Deinde veniunt tonitrua
postea venit pluuia. Deinde spi-
ritus totum illuminat. Sic est de peccatore
cum incipit redire ad viam dei. Primo
turbatur in suo suo. Bona turba-
tione peccatis. Deinde veniunt to-
nitrua scilicet suspiria. Postea venit
pluuia lacrimarum. Postea venit spi-
ritus sanctus et totum hominem il-
luminat et sic sanatur sudore con-
tritionis. Quo sanatur homo per minu-
tionem sagnis. Confessionis est
enim confessio qui quasi minuit sic
enim sagittis corruptis corrumpit cor-
pus, sic peccatum corrumpit anam. Vena
in tangi debet per quam corruptis sagittis
exire debet est os vere confitentis.
Et quidam sunt qui bonum sagnem
emittunt et primum retinent et
abscondunt. Sicut ille pharisaeus
qui dixit. Decimo bis in sabbato
non. Inter certum duo sunt quae te
ducunt ad confessionem. Primum
est magnitudo periculi in quo est
homo ille qui est in modo tali peccato
est enim in ore draconis. Unde
Iob. Saluabo te ex ore an-
gusto et latissimo. Os draconis
est angustum exeuntibus et latis-
simum intrantibus. Sic aparonem
de pisce intrantibus sagittam. Et
est exponendum pectore. Videt enim
pectori cum confessus est peccatum suum
quasi a magno onere liberatus sit.
Et bene magnum et grauem dicit
quia est modo tale peccatum quod immergit
hominem in profundum infernum. Pus
extenderunt in profundum quasi la-
pis. Totus mundus non posset
hominem tam profunde mergere
sicut unum mortale peccatum ipsum
mergit in profundum infernum et
id magnum et grauem est. Nota
diabolus nichil in tuum conatur
impedire in homine sicut confessionem
facit enim diabolus sicut lupus oui
lupus cum mordet ouem non
rupit eam per pedem nec per latus
sed per collum quia non possit clamare

Nota bene